



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.1. Milites non omnes esse impios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)



34 Cap. IV. M. Guterrij exemplo animam

Deum, quod jam toties meruissemus, huc  
vsque distulisse. Sed hæc infinita est illius  
bonitas, pœnitentiam nostram expectan-  
tis, quam multis alijs, nobis longè meliori-  
bus, denegavit. O quàm pœnitentiam fa-  
ceret mater illa, aut alius damnatorum, si  
ex inferno dimissus pœnitentiam facere  
permitteretur! Nos adhuc possumus, illis  
negatur. O quàm saxeus, quàm incredulus  
est, qui dum potest, hæc tormenta non eua-  
dit! & dignus est inferno, quia sua culpa  
perit, quisquis illum credit, & non fugit.

C A P V T IV.

MARCI GVERRII MI-  
LITIS INCOMPARABILIS  
EXEMPLO, NOS DOCERI, QVO MO-  
DO, IN MILITIA SPIRITVALI, ANIMA  
CONTRA PECCATVM SIT DE-

FENDENDA.

I.  
MILITES  
NON OM-  
NES ESSE  
IMPIOS.

Lucan.  
l. 10. bell.  
ciu,



Pœta ait:

*Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur,  
Venalesq; manus: ibi fas, ubi maxima merces:*

quod



quod etsi verum sit apud plurimos, haud pauci tamen etiam sunt, qui fideles, pij, iusti & fortes, meritò in exemplum militiae spiritualis proponi possunt. Qualis enim miles fuit S. Michael Archangelus? Abraham, Moyses, Iosue, Gedeon, David, Cornelius, Georgius, Sebastianus, Gallicanus, Mauritius, Gereon, Achatius, & omnes illi, quorum Litaniae nuper, seu syllabus totus in lucem prodijt. Quoniam igitur *militia est vita hominis super terram, & nos in carne ambulantes, non secundum carnem militamus*, proponam militis virtutem bellicam, nobis meritò, in militia spirituali, imitandam.

Iob. 7. 1.  
2. Cor. 10.  
3.

Author, ex quo historiam sum prompturus, à me aliàs laudatus, est Rodericus Santius p. 3. Hist. Hisp. c. 37. Eo capite narrat, An. 1200. *Ferdinando Legionis XXXIII. regi in regno successisse filium Alfonsum IX. qui viuo patre, ab Vrracâ nouerca suâ, primarij cuiusdam viri Didaci de Haro, domini de Viscaia, sorore, varia vereq; nouercalia mala expertus, nihil mutire ausus est, quamuis non leuiter offensus. Timebat enim patrem pro nouerca stantem. Itaque re tota dissimulata, tacuit, & matrem carimonij*

II:  
AVTHOR,  
ET ODII  
CAVSSA.  
Recenset  
eandem hi-  
storiam  
Michael  
Piccartus  
decad. 1.  
obseruat.  
Histori-  
co Poli-  
ticarum  
c. 1.

m  
huc  
lius  
tan-  
iori-  
n fa-  
n, si  
ere  
illis  
lulus  
eua-  
ulpa  
git.  
M I.  
LIS  
MO.  
MA  
iun-  
inas  
quos  
atur  
ces:  
quod

